

CAPUT IV.

De Privilegiis Regularium.

DE PRIVILEGIIS SPECTANTIBUS AD OMNES REGULARES IN COMMUNI.

72. 73 et 74. I°. De exemptione a jurisdictione episcoporum. — 75. Casus excepti, praecipue circa celebrationem missarum. — 76. Declaratio S. Congregationis. — 77. Quibus casibus potest episcopus obligare regulares, etc. — 78. Utrum regulares teneantur praecipue episcoporum. — 79. Utrum episcopus possit eos visitare. — 80. Utrum visitare clausuram monialium. — 81. Utrum petere rationem missarum relictarum, etc. — 82 et 83. Quibus casibus possit criminaliter procedere, etc. — 84. ad 87. II°. De obligatione decimarum. — 88. III°. Circa fundationes. — 89. De monasteriis episcopo subjectis. — 90. IV°. De iudice conservatore. — 91 et 92. V°. De sepultura. — 93 et 94. VI°. De portione canonica, etc.

72. - I°. Regulares habent privilegium exemptionis a jurisdictione episcoporum. Nam praelati regulares habent in suis ecclesiis et monasteriis jurisdictionem quasi-episcopalem, tam quoad personas, quam loca; sicut probant Salmanticenses, qui agunt fusiis de omnibus privilegiis praedictis in hoc puncto. Sed nos solum de notabimus hic res magis principales. — Salmant. 1.

73. - Itaque, quoad praedictam exemptionem, adnotandum primo, quod in dubio alicujus privilegii, decisio spectat ad Summum Pontificem; quemadmodum declaratum fuit a Clemente IV et ab aliis Pontificibus. Salmant. 2. — Adnotandum secundo, quod huic privilegio exemptionis regulares cedere non possunt, sicuti habetur ex cap. *Cum tempore, de arbitr.*, quia id redundaret in damnum religionis. Quare nulla consuetudo in contrarium potest in hoc praevalere. Salmant. 3.

74. - Notandum tertio, hoc privilegio gaudere, non solum professos et conversos, sed etiam novitios, qui in favorabilibus

veniunt sub nomine religiosorum, et etiam tertiarios et beatos (sicut dictum est n. 9). — Servi etiam regularium, qui actu famulantur et resident intra claustra monasteriorum, et vivunt sub obedientia, juxta Tridentinum⁴ eximuntur a jurisdictione episcoporum, tam quoad censuras (juxta bullam Alexandri IV apud Salmant.), quam etiam quoad communionem paschalem. Vide Salmant. 5 (et vide *Lib. VI, n. 240, in fine*).

Notandum quarto, quod apostatae et fugitivi possunt capi ab episcopis; sed solummodo ut consignentur suis superioribus. Episcopus solum eos posset punire in casu quo eorum monasteria essent in longinquo posita, et ipsi moniti nolent regredi: juxta Tridentinum⁶. Salmant. 7. — Vide alia quae de hac re dicuntur n. 82 et 83.

Notandum quinto, quod saeculares in monasteriis existentes, si ibi patrent aliquod delictum, non incurunt poenas ab episcopo impositas. Salmant. 8 cum Laymann, Avila, Peyrino, Garcia^{a)} et aliis pluribus. — Excipiatur, si contravenirent

Reform., cap. 3; cfr. Sess. 25, de Regul. et monial., cap. 4; cfr. etiam decret. S. C. C. jussu Urbani VIII, de apostatis, de die 21 Sept. 1624, § 4. — ¹ Tr. 18, de Privil., cap. 3, num. 8. — ² Loc. cit., n. 9. — *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 11, num. 5. — *Avila*, de Censur., part. 2, capit. 3, disp. 2, dub. 5. — *Peyrin.*, tom. 1, Privileg., Sixti IV constit. 2, num. 9.

74. - ^{a)} Garcia, *Politic. regul.*, tr. 8, diff. 3, dub. 1, punct. 1, n. 2, videtur citari a Salmanticensibus non quidem pro praesenti opinione in specie, sed pro sententia quae negat

in universum leges episcopi obligare intra regularium monasteria; quod profecto, *loc. cit.*, dub. 5, clare significat, negans regulares per se legibus synodalibus teneri.

ordinibus episcopi circa missarum celebrationem; sicut dicitur in fine sequentis numeri.

75. - Sexto adnotantur e contrario multa hoc in loco, in quibus regulares *non eximuntur* ab episcoporum jurisdictione.

Et 1°. Sine episcoporum licentia, nequeunt regulares aedificare monasteria: juxta bullam Urbani VIII die 28 Augusti 1624. — Et animadvertatur, quod in bulla Gregorii XV *Cum alias*, prohibetur episcopis dare hanc licentiam, si in monasterio nequeant ali redivibus aut elemosynis saltem duodecim religiosi. Sed hoc non intelligitur quoad hospitium, ut dicitur Bariola, Peyrinus et caeteri.

2°. Regulares non possunt in lucem libros edere sine episcopi licentia; ut ex Tridentino¹, Salmant. 2.

3°. Episcopus potest cogere religiosos ad restituendum novitiis qui nolunt professionem emittre, totum id quod attulerunt in ingressu. Vide Salmant. 3.

4°. Dispositio facienda a novitio, non ante duos menses quam profiteatur, fieri potest (juxta Tridentinum⁴) absque licentia episcopi aut vicarii.

5°. Episcopus habet potestatem cognoscendi simul cum superiore de religiosi causa nullitatis professionis. — Salmant. 5.

6°. Episcopus, aut alius ab eo deputatus, debet scrutari voluntatem virginum, quando ingrediuntur aut profitentur in monasteriis: ex Tridentino⁶. Sed id debet efficere infra quindecim dierum spatium; aliter non potest hac in re se amplius ingerere.

7°. Episcopus potest prohibere, ne in monasteria monialium, etiam exemptarum^{a)}, suscipiantur ultra numerum earum quae possint inibi ali juxta redituum fa-

cultatem; sicuti statutum fuit in bulla S. Pii V. — Salmant. 7.

8°. Episcopus potest cogere monachos qui permanenter degunt extra monasterium claustra^{b)}, propter debita ab ipsis contracta cum pauperibus personis, ut sunt pupilli, viduae, etc. — Salmant. 8.

9°. Episcopus potest adstringere religiosos, ut processionibus intersint; juxta Tridentinum⁹; dummodo eos vocet non per publicum edictum, sed medio aliquo nuntio personaliter. — Salmant. 10.

10°. Episcopus habet jurisdictionem supra monasteria, in quibus non possunt ali duodecim religiosi, ut dicitur n. 88, ad 3.

11°. Denique excipiuntur episcoporum ordines circa missarum celebrationes. Etenim quoad hoc statutum Tridentinum¹¹, ut episcopi se gerant velut delegati apostolici, dicens: *Ut non solum ea ipsa, sed quaecumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi... ut delegati Sedis Apostolicae prohibeant, mandent, etc., atque ad ea inviolate servanda censuris ecclesiasticis aliisque poenis... fidelem populum compellant: non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus ac consuetudinibus quibuscumque.* — Item hic notandum quod adest Responsum S. Congregationis ad episcopum Nebiensem, 7 Februarii 1632, ubi generaliter loquendo dictum fuit¹²: *In his, in quibus a jure communi, a S. Concilio Tridentino, a constitutionibus Apostolicis, tributa est episcopo jurisdictio in regulares, potest illos etiam per censuras ecclesiasticas compellere.* Et idem decisum fuit¹³, die 4 Junii 1672. — Quare, sicut bene advertit Benedictus XIV¹⁴, episcopi quoad celebrandas missas possunt adigere omnes, quamvis regulares, ad observandum non solum ea quae statuuntur a concilio, sed etiam quae statuuntur a se

n. 15. — ⁶ Sess. 25, de Regular. etc., cap. 17. — *S. Pius V*, Bulla *Circa pastoralis*, de die 29 Maji 1566, § 7, in Bullar. Mainardi. — ⁷ Tr. 18, de Privileg., cap. 3, num. 14, i. f. — ⁸ Loc. cit., num. 15. — ⁹ Sess. 25, de Regular., cap. 13. — ¹⁰ Loc. cit., num. 17. Cfr. Pallottini, v. *Processiones*, num. 56 et seqq. — ¹¹ Sess. 22, de observ. et vitand. in celebr. Miss., in fine. — ¹² Ap. Bened. XIV, de Synodo, lib. 9, cap. 15, n. 5. — ¹³ Apud Bened. XIV, loc. cit. — ¹⁴ Loc. cit.

Urbanus VIII, Breve *Romanus Pontifex*, § 2. — *Gregor. XV*, Decret. S. C. Epp. et Regg. *Cum alias*, 17 Aug. 1622, in Bullar. Mainardi. — *Bariola*, Aphorismi, lit. R, vers. *Regulares*. — *Peyrin.*, tom. 2, privil. Urbani VIII, addit. ad constit. 3, (al. 13), not. 3. — ¹ Sess. 4, decret. de edit., S. libror., cum Reg. 10 Indicis, Cir. constitut. *Officiorum*, tit. 2, cap. 1, n. 36. — ² Tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 11. — ³ Tr. 15, de Statu relig., cap. 3, n. 76. — ⁴ Sess. 25, de Regular. etc., cap. 16. — ⁵ Tr. 15, de Statu relig., cap. 5,

75. - ^{a)} Sed in exemptis: « cum interventu superiorum », ut notant Salmant.

^{b)} Nisi tamen (ita limitant Salmant.) « sub

regulari observantia, hoc est cum dependentia, correctione et visitatione suorum praelatorum adhuc extra claustra » vivant.

ipsis. Quare recte Eminentissimus card. Spinelli, cum esset archiepiscopus Neapolis, die 5 Januarii 1743 praecepit sub poena suspensionis a divinis, etiam regularibus, ne admitterent ad celebrandum in suis ecclesiis aliquem sacerdotem advenam sine licentia Ordinarii.

Quaedam
declaratio-
nes S. Cong.

76. - Adnotantur alia quae declarata fuere a S. Congregatione in decreto die 2 Julii 1620^a.

Et 1^o. Regulares possunt recipere quae a devotis offeruntur, sed non mendicando per ecclesiam. — 2^o. Non possunt uti pallio aut pluviali per parochiam extra eorum ecclesias aut earum recinctum. Neque possunt facere processiones, dummodo non habeant pro se consuetudinem in contrarium; ut dicunt Rodriguez, Bordonus^{b)} et Villalobos^{b)}. Vide Salmant. 1. — 3^o. Vocati ad funeralia, debent ire ad ecclesiam ubi manet clerus jam coactus; sed in hoc dicunt Salmant. 2 cum Lezana^{c)}, esse consuetudinem in contrarium. — 4^o. Non potest vetari regularibus, ne celebrent missam in suis ecclesiis ante missam parochialem, et non pulsent campanas; uti declaravit S. Pius V³. — 5^o. Regulares nequeunt publicare matrimonia. — 6^o. Pos-

Spinelli, apud Bened. XIV, de Synodo, lib. 9, cap. 15, n. 5. Cfr. de hac materia declarat. S. C. C. ap. Pallottini, v. *Regulares*, § 3, n. 36 et seqq. - *Hieronym. Roarig.*, resol. 118, n. 10. — 1^o Tr. 18, de Privileg., cap. 3, n. 18 et 19. — 2^o Loc. cit., n. 19, v. *Quarta*. — 3^o Constit. *Etsi mendicantium*, de die 16 Maji 1567, § 2, n. 8. Cfr. Pallottini, v. *Re-*

sunt ipsi concionari in suis ecclesiis, tempore adventus et quadragesimae, quamvis in parochia sermocinetur. Vide apud Salmant. 4.

77. - In tribus casibus potest episcopus cogere regulares ad obediendum, etiam adhibitis censuris. — 1^{us} est, ad restituendas res novitiis, ut dictum est; juxta Tridentinum⁵. — 2^{us} Ad observandam clausuram, loquendo de monialibus; Tridentinum⁶. — 3^{us} Ad observandum totum id, quod ab episcopo statutum est quoad missarum celebrationem; ut dictum est n. 75, ad 11. Et circa id refert Benedictus XIV^{a)} duo decreta S. C. Concilii, in quibus dictum fuit, quod episcopi, ut delegati apostolici, possint etiam censuris cogere religiosos, et procedere adversus eosdem, si admittant ad celebrandum in suis ecclesiis advenas sine episcopi licentia; juxta Tridentinum⁷, ubi praeceptum fuit, praesertim episcopis: *Interdicant, ne cui vago et ignoto sacerdoti missas celebrare liceat*.

An deinde in aliis casibus supra citatis, possit episcopus cogere censura regulares? — Affirmant Barbosa, Garcia et alii. Sed communius negant Sanchez^{b)}, Lezana^{b)}

gulares, § 3, n. 28 et seqq. — 4^o Tr. 18, de Privileg., cap. 3, n. 19. — 5^o Sess. 25, de Regular., cap. 16. — 6^o Loc. cit., cap. 5. — 7^o Sess. 22, de observ. et vitand. in celebr. miss. Cfr. Pallottini, loc. cit., n. 36 et seqq. - *Barbosa*, de Jure eccles., lib. 1, cap. 43, n. 163. - *Garcia*, Polit. regul., tr. 8, diff. 3, dub. 2, punct. 3, n. 17 et 18.

Regulares
quando li-
gentur cen-
suris epi-
scopi.

Regulares
quando syno-
dis inter-
sint.

Quando
teneantur
legē syno-
dali.

et Salmant. cum aliis, propter multa privilegia papalia quae hac de re afferunt; et addunt cum Barbosa^{c)}, Diana^{c)}, Lezana^{c)} contra alios, quod episcopus ne denuntiare quidem potest regulares excommunicatos, etiam ob publicum delictum. Salmant. 1.

78. - Quaeritur 1^o. *Utrum regulares obligentur decretis synodorum provinciarum aut dioecesanarum, aut aliis episcopi praeceptis?* — Certum est, regulares non teneri interesse dictis synodis, dummodo non essent parochi; sicut habetur ex Tridentino² et ex pluribus decretis S. Congregationis.

Deinde quoad quaesitum: Vasquez, Sanchez, Becanus^{a)} aliique dicunt eos obligari ad eorum omnium observantiam, quae non praejudicant observantiae regulari. Sed non intelligitur quoad vim coactivam, ita ut contraveniendo non incurrant aliquam poenam; sed solummodo quoad vim directivam, id est, ut se conforment reipublicae, cujus sunt partes. — Alii tamen, ut Suarez, Lezana, Salmant., etc. id negant (dummodo hoc necessarium non sit ad evitandum scandalum; aut casus non esset, in quo religiosus aliquis haberet aliquod munus dependens ab epi-

Salmant., tr. 18, de Privileg., cap. 3, n. 22. — 1^o Loc. cit., n. 24. — 2^o Sess. 24, de Reform., cap. 2. - S. Cong. Conc., apud Bened. XIV, de Synodo, lib. 3, cap. 1, n. 10; cfr. etiam Pallottini, v. *Synodus dioecesana*, n. 82 et seqq. - *Vasq.*, in 1^{ma} 2^{ae}, disp. 167, cap. 4, n. 32. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 15, n. 21. - *Suar.*, de Legib., lib. 4, cap. 20, n. 10. -

habent, ne possint excommunicari, suspendi aut interdicti. Et hoc privilegium habent religiosi Societatis Jesu, ex bulla Pauli III, *Licet debitum*, de die 18 Octobr. 1549, § 17. Hinc declarationes contrariae S. C., quae reperiuntur tum apud Pallottini, v. *Processiones*, n. 67, 70 et 71, tum apud Bizzarri, p. 305 (edit. 1863), intelligendae videntur secluso tali privilegio.

^{c)} Barbosa, Diana et Lezana a Salmant. allegantur pro sententia, quae dicit regularem excommunicatum posse ab episcopo denuntiare, quando delictum est notorium. Et ita sane tenet Barbosa, *alleg. 105*, n. 73; sed Lezana oppositum tenet, *tom. 1, cap. 11, n. 15*; et v. *Exemptio*, n. 9. At *loc. cit.*, n. 9, hoc solum concedit, nempe: Ordinarios posse « religiosum exemptum, excommunicatum vitandum, vel quia est publicus percussor clerici, vel quia a suo praelato est denuntiatus ut talis, denuntiare illum suis subditis; hoc

scopo, ut munus parochi, confessoris, concionatoris, etc.). Et id probant ex cap. 1 *de privil.*, in 6^o, ubi dicitur, regulares eximi a praeceptis episcoporum, exceptis casibus in jure expressis^{b)}. Rationem deinde adversariorum dicunt valere, quando partes sunt homogeneae; non, cum sunt heterogeneae, ut sunt religiosi, qui non perinde ac saeculares, multa alia onera particularia habent.

Caeterum, in duobus ulla sine haesitatione ipsi obligantur ad obediendum, ut dicitur in Tridentino³. 1^o. Quoad observantiam *interdicti* positi ab episcopo, semper ac observatur ab ecclesia matrice. — 2^o. Quoad observanda *festa* ab episcopo statuta (vide Salmant. 4); praeter ordinationes circa missarum celebrationem, ut dictum est superius, n. 75, circa fin.

Praeterea notetur, episcopum posse regularibus interdiceret auditum confessionum in propriis aedibus sive cellis; juxta decretum S. Congregationis emanatum anno 1617, 15 Septembr., et videri potest apud Patrem Ferraris. — Potest etiam vetare omnibus confessariis audientiam confessionum mulierum aut puellarum extra confessionarium, sub poena suspensionis ab audiendis confessionibus;

Lezana, tom. 4, v. *Leges regularium*, n. 27. - *Salmant.* loc. cit., cap. 3, n. 27. — 3^o Sess. 25, de Regular., cap. 12; cfr. clem. *Ex frequentibus 1*, de sent. excom. — 4^o Loc. cit., cap. 3, n. 30. - *Ferraris*, v. *Confessarius*, art. 4, n. 8. Cfr. etiam Bizzarri, p. 130 (edit. 1863), in una *Pisaurum*. 22 Sept. 1645.

Tenantur
servare in-
terdictum,

festa,

et quasdam
ordinationes
circa
confessionem.

76. - ^{a)} Regulares posse a paroco prohiberi ne per ecclesiam parochialem quaesiverint declaravit S. C. C., ut videtur apud Pallottini, v. *Oblationes*, n. 4. — Eisdem non posse uti pluviali extra eorum ecclesias aut earum recinctum decrevit S. R. C.; cfr. Novam collect. decretor. authent., n. 496. — Denique regulares non posse processiones agere extra proprias ecclesias vel claustra, pluries declaravit S. C. C., ut refert Pallottini, v. *Processiones*, n. 76 et seqq.; sed Bordonus assignat quoad hoc declarationem de die 2 Julii 1620.

^{b)} Bordonus, *resol. 7*, n. 135; et Villalobos, *part. 2, tr. 35, diff. 5, n. 9*, negant regulares posse processiones ducere extra claustra, et addunt ex Portellio proximum esse contrariam in Lusitania. Sed hic notandum est consuetudines etiam immemorabiles, secluso speciali privilegio, haud suffragari regularibus, ut constat ex S. C. C. declarationibus ap. Pallottini, v. *Processiones*, n. 76 et seqq. Et quidem privilegium regularibus a Grego-

rio XIII ex constitut. *Cum interdum* concessum est agendi processiones SS. Sacramenti in quacumque die infra octavam Corporis Christi, quin ulla indigeant episcoporum aut parochorum licentia; sed non obstante hoc privilegio, tenentur incedere per viam semel electam. Vide Pallottini, v. *Processiones*, n. 82.

^{c)} Lezana, *Sum.*, tom. 2, cap. 1, n. 47, dicit se saepius vidisse oppositum multis in locis: « ideo legitimae consuetudini standum est »; et re quidem vera a Salmant. pro ultimo tantum asserto allegatur.

77. - ^{a)} Vide supra n. 75 eas declarationes non esse de praesenti materia apud Bened. XIV; sed generales tantum, ex quibus ipse Benedictus doctrinam hic expositam colligit.

^{b)} Sanchez, *de Matr.*, lib. 7, disp. 33, n. 23; *Decal.*, lib. 6, cap. 1, n. 14; et Lezana, *Sum. quae est regul.*, tom. 1, cap. 11, n. 14, et tom. 2, v. *Exemptio*, n. 11, id negant de iis dumtaxat regularibus, qui speciale privilegium

ex decreto S. Congr. 18 Decemb. 1693, apud eundem Ferraris ¹.

79. - Quaeritur 2^o. *Utrum episcopi possint visitare personas et monasteria regularium?*

Communiter loquendo, certum est ex can. *Nulli, caus. 16, qu. 1*, et ex Tridentino ², exempta esse a visitatione episcopi, tam personas, quam monasteria et ecclesias regularium ^{a)} (dummodo in illis degant duodecim religiosi: vide *n. 88, ad 3*). Et juxta plures declarationes Congregationis, etiam ecclesias parochiales saecularium, quae subduntur regularibus, et ubi parochus est religiosus; qui, si delinqueret etiam circa suum officium, non posset ab episcopo puniri. — Sed, hoc non obstante, nunc, praeter bullam Gregorii XV *Inscrutabili*, a Benedicto XIV declaratum atque definitum esse in bulla *Cum nuper*, edita 8 Novembr. anno 1751, hujusmodi subjectos esse episcopo *in his... quae vel ad ipsum spectant exercitium curae animarum, vel etiam ad eorum vitam et mores pertinent*. — Sed fusius idem Benedictus XIV de hac re agit in quadam bulla peculiari *Firmandis*, edita die 6 Novembr. 1744, ubi plura statuit:

1^o. Quod *parochi regulares* omnimode subsunt jurisdictioni, correctioni et visitationi episcopi, in iis quae concernunt curam animarum et proprios mores.

2^o. Quoad visitationem *localem*, possunt visitari altare, in quo SS. Eucharistiae Sacramentum asservatur, sacrum tabernaculum, fons baptismalis, confessionale in quo residet parochus, pulpitum e quo parochus concionatur, sacrarium ad inspiciendam sacram suppellectilem, sepul-

chrum parochianorum eorumque coemeterium, turris campanaria, si adsint ibi campanae parochiales, omnia sacra vasa.

3^o. Quoad *personalem*, debet scrutari vitam ac mores curati, quatenus ea quae extra claustrum prodierint. — Item examinare an titulo legitimo eam curam exercent, an resideat, an ad synodum vocatus iverit, an conferentias casuum conscientiae habeat frequenter ^{b)}, an onera curae adimpleverit, an missam pro populo applicaverit, an festis diebus concionatus fuerit, etc., an vacet confessionibus audiendis, an aegrotantibus assistentiam praestiterit, an pueros ante Confirmationem et Communionem instruxerit, an de Matrimonii impedimentis inquisiverit, et an sponsi in rebus fidei sint edocti, et an recte ordinatos habeat libros parochiales.

4^o. Quod, licet superiores regulares non possint deputare aliquem ad curam sine episcopi approbatione, possunt tamen eum remove, illo inscio; et ita pariter episcopus potest cura illum privare sine consensu superioris, si id justa causa expostulet, etc.

5^o. Potest etiam visitare ecclesias, etiam adnexas et subditas monasteriis, si earum administratio sit penes parochos saeculares; prout pluries declaravit S. Congregatio apud Bellarminum et Barbosam. — Excipe, si incorporatae essent monasteriis, aut nullius essent dioecesis.

6^o. Possunt praeterea episcopi visitare confraternitates saecularium fundatas in monasteriis; sed dumtaxat quoad administrationem bonorum, non quoad altaria ^{c)}: ut ex Tridentino ³ et ex pluribus decretis S. Congregationis. Excipiuntur

Declarationes... ad Trid., sess. 7, cap. 8. Cf. etiam Pallottini, v. *Regulares*, § 3, n. 154 et seqq.; v. *Episcopus*, § 10, n. 45 et seqq. et § 19, n. 178 et seqq.; n. 198 et seqq.; n. 327 et 346. - *Barbosa*, in Trid., sess. 7, cap. 8, n. 12. — ² Sess. 22, de Reform., cap. 8. - *S. Congr.*; cfr. Pallottini, v. *Episcopus*, § 19, n. 386 et seqq.; cfr. etiam Bizzarri (edit. 1863) fol. 277, 279, 560.

Visitatio personalis.

Visitatio parochiae.

Visitatio confraternitatum.

79. - ^{a)} Can. *Nulli episcoporum*, loquitur non de visitatione, sed de oneribus non imponendis. Error autem in allegatione hinc accidisse videtur, quod Salmant. *n. 31*, de utroque casu simul tractant, nec satis utriusque casus probationes inter se distinguunt.

^{b)} Scilicet an conferentias « super casibus conscientiae haberi solitas frequentet ».

^{c)} Nisi tamen societati incumbat onus manutenendi altare seu cappellam et illius cultum et ornatum; tunc enim competit episcopo facultas visitandi, circa ea quae respiciunt ipsam manutentionem, cultum et ornatum altaris seu cappellae, necnon onera missarum atque divinarum officiorum ibidem celebrandorum, et circa ea cuncta quae ad obli-

insuper illae quarum praefectus est religiosus: ex privilegio Gregorii XIII ^{a)}, cui nulla contraria consuetudo potest obstare. Salmant. ¹.

80. - Quaeritur 3^o. *Utrum episcopi possint visitare claustra monialium exemptarum?*

Negant Salmant. cum Navarro, Sanchez, Bonacina, Pellizzario, etc.; ex cap. *Periculoso, de statu regular., in 6^o*, ubi cura claustrum monialium exemptarum manifeste conceditur superioribus regularibus. — Neque obstat (ut ajunt) Tridentinum ², ex quo contendunt patroni adversae sententiae, episcopos esse delegatos apostolicos quoad claustrum monialium exemptarum; cum ibi statuatur, ut ipsi curent ut restituatur aut conservetur claustrum *in omnibus monasteriis sibi subjectis, ordinaria; in aliis vero, Sedis Apostolicae auctoritate*. Etenim respondent, quod sub *in aliis, etc.*, non intelligantur monasteria regularibus subjecta, sed subjecta immediate Pontifici: quod asserunt declaratum fuisse per Pium V, in sua bulla *Circa pastoralis*; eo magis, quia concilium in loco praedicto renovat, non revocat, citatum textum *Periculoso*.

His non obstantibus, contraria sententia amplectenda est, cum Barbosa, Gavanto, Lezana, etc.; quia, licet non obstat Tridentinum, nihilominus obstat eundem bulla Gregorii XV *Inscrutabili*, anni 1622, in qua dictum fuit: — 1^o. Ut regulares nequeant destinare alium ad audiendas monialium confessiones, praeter eum qui fuerit approbatus ab Ordinario. (Et in hoc animadvertendum est, quod praeterea statuit Benedictus XIV

¹ Tr. 18, de Privileg., cap. 3, a. n. 31 ad 36. - *Salmant.*, loc. cit., n. 38. - *Navar.*, de Regular., comment. 4, n. 60. - *Sanch.*, Decal., lib. 6, cap. 13, n. 21. - *Bonac.*, de Clausura, qu. 1, punct. 6, n. 1. - *Pelliz.*, de Monial., cap. 5, n. 6. — ² Sess. 25, de Regular., cap. 5. - Bulla *Circa pastoralis*, de die 29 Maji 1566, § 8. - *Barbosa*, alleg. 102, n. 7 et seqq. - *Gavanto*, Man. episcoporum, v. *Monialium*

in bulla *Pastoralis*, die 5 Augusti 1748, confirmans bullam *Apostolici Ministerii* Innocentii XIII; quod scilicet, si regularis superior negligeret assignare saltem semel in anno confessarium extraordinarium, aut saecularem, aut alterius ordinis, quemadmodum Pontifex praecipit; possit illum assignare dioecesis episcopus). — 2^o. Statuit Gregorius XV, ut administratores monasteriorum dictarum monialium debeant rationem reddere episcopo administrationis bonorum. — 3^o. Ut episcopus valeat remove confessarium aut alium administratorem monasterii, si superior monitus illum non remove. — 4^o. Ut episcopus praesidere possit electioni Abbatissae ^{a)}. — Ac 5^o specialiter fuit statutum ut episcopus possit corrigere et punire, veluti delegatus Apostolicae Sedis, eos omnes qui aliquid admittunt adversum claustrum monialium, etiam exemptarum. — Placet hic adnotare verba bullae: *Tam regulares, quam saeculares... nullis privilegiis... tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram... monialium, etiam regularibus subjectarum, ab episcopo loci... tamquam ad hoc Sedis Apostolicae delegato... puniri et corrigi valeant*. Vide Barbosam ³ et Salmant. ⁴.

Et refert Barbosa decretum quoddam S. Congregationis, ubi statuitur, quod nullimode possint impediri episcopi, quin visitent monasteria exempta, et regularibus subjecta, quoad observantiam clausurae; et qui praesumit impedire, post tertiam monitionem incurrit excommunicationem ipso facto ^{b)}. Vide de Alexandris ⁵. — Praeterea, hoc in loco adnotandum est

clausura, n. 60 et 61. - *Lezana*, v. *Episcopus*, n. 13. Cfr. etiam Pallottini, v. *Monasteria monialium*, § 2, n. 51, 54, 59, 65, 66, 68, 74 et seqq. - Bulla *Inscrutabili*; § 4 et 5. - Bulla *Pastoralis*, v. *Per scriptum sane*. — ³ Alleg. 102, n. 9. — ⁴ Tr. 18, de Privileg., cap. 3, n. 39. - *Barbosa*, alleg. 102, num. 8. — ⁵ Confessarius monial., cap. 6, § 4, qu. 3.

gationem eorumdem sodalium relationem habent. Vide Pallottini, v. *Episcopus*, § 19, n. 400 et seqq.

^{a)} Salmant. allegant privilegium Gregorii XIII ex Hieronymo Garcia, *tr. 8, diff. 3, dub. 2, punct. 3, n. 11*; Garcia autem dicit se illud a Cespedes, *de Exempt. Regular., dub. 235, n. 2*, mutuatum esse; at revera

Cespedes de privilegio Gregorii XIII omnino silet; sed dicit episcopum ejusmodi confraternitates nunquam visitare; et si vellet eas visitare, deberet uti delegatione apostolica, cum annulatione cujuslibet privilegii.

80. - ^{a)} Una cum superioribus regularibus, ut bulla loquitur, § 5.

^{b)} Quod nullimode episcopi prohiberi pos-

quod Clemens X^{c)} et Clemens XII praeceperunt ut observaretur bulla Gregorii XV, non obstante quacumque contraria consuetudine.

81. - Quaeritur 4^o. *Utrum episcopi exigere queant a regularibus rationem haereditatis relictæ cum onere missarum, aut legatorum satisfaciendorum saecularibus?*

Videntur posse, ex eo quod eruitur ex Tridentino¹, ubi praebetur episcopis potestas visitandi omnia legata pia, non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili, privilegio aut statuto. Et dicunt Salmant. a), quod ex hoc recte sententia ista redderetur probabilis. — Sed ipsi deinde id negant, ob multa privilegia regularibus concessa, praesertim per Sixtum V; in quibus declarantur exempta religiosorum bona a quacumque episcopi jurisdictione, non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis et conciliis. Salmant. 2.

82. - Quaeritur 5^o. *Utrum episcopus in aliqua causa possit procedere criminaliter contra regulares?*

Dictum est, regulares exemptos esse ab episcoporum jurisdictione, praeter-

quam in casibus in jure expressis. — Praeter id quod spectat ad missarum celebrationem et clausuram monialium, in duobus aliis casibus possunt ex Tridentino episcopi contra eos procedere: 1^o. Si regularis aliquis patretur delictum, degendo extra monasterium³. Sed hoc intelligitur eorum respectu, qui permanenter extra monasterium habitant; non vero quoad illum religiosum, qui extra maneret, causa confessionum excipiendorum, aut concionandi, aut alterius negotii ad tempus; aut incoheret pagum aut locum alium dependentem a monasterio, ob negotia religionis.

Sed hic oritur dubitatio: Utrum possit episcopus punire illum delinquentem, qui habitaret alium locum ad longum tempus, ex licentia sui superioris? Alii affirmant, veluti Tamburinius, Barbosa, Lezana, etc., pluribus innixi declarationibus S. Congregationis. Alii, quemadmodum Salmant. cum Sanchez, Silvestro a), Peyrino, Bordono, etc., negant, ex cap. *Ex rescripto, de jurejur.*, ubi dicitur, quod qui manet extra monasterium ex licentia superioris, judicetur in monasterio manere b). Quare ajunt, quod tam

Episcopus quando procedat contra regularem delinquentem.

Alter casus.

Conditiones requisitae ut procedere possit.

¹ Sess. 22, de Reform., cap. 8. - *Sixtus V*, Bulla *Aequum reputavimus*, kalend. Maji 1585, in Bullar. Mainardi. — ² Tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 40 et seqq. — ³ Sess. 6, de Reform., cap. 3. - *Ascan. Tambur.*, de Jure Abbatum, tom. 1, disp. 15, qu. 7, n. 7 et 9. - *Barbosa*, alleg. 105, n. 16. -

Lesana, v. *Episcopus*, n. 24. - *S. Cong. Conc.*, cfr. Pallottini, v. *Regularium monasterium*, § 3, n. 15 et 17. - *Salmant.*, tr. 18, de Privileg., cap. 3, num. 48. - *Sanchez*, Consil., lib. 6, cap. 9, dub. 2, num. 4. - *Peyrin.*, tom. 1, Sixti IV const. 2, § 11, n. 22. - *Bordono.*, Resol. 7, n. 56.

sint ne visitent monialium monasteria in iis quae ad clausuram pertinent, et quod possint impediens censuris puniri, habetur ex pluribus S. C. C. declarationibus; cfr. Pallottini, v. *Monasteria monialium*, § 2, n. 59, ad 4 et n. 83; cfr. etiam bullam Gregorii XV *Inscrutabili*, § 2. — Quod vero impediens incurrant excommunicationem (seu censuram qualemcumque) post tertiam monitionem, colligitur ex Clem. *Attendentes*, fin., de *Statu monachor.*

c) Clemens X, bulla *Superna* confirmavit quidem bullam Gregorii XV, sed tantum quoad praedicationem verbi Dei et sacramenti Poenitentiae administrationem; et pariter Clemens XII, suo brevi *Romanus Pontifex*, de die 12 Februar. 1732, revocavit quaecumque privilegia, vivae vocis oraculo concessa, circa confessiones saecularium aut regularium, etiam monialium; neutra tamen constitutio loquitur de monialium visitatione, nisi forsitan in quantum Clemens XII revocat facultatem regularibus concessam alloquendi

moniales aliasque personas intra clausuram degentes, absque licentia eorum ad quos pertinet.

81. - a) Salmanticenses hanc sententiam in duo membra distinguunt: «Primo, inquit n. 40, quando testator relinquit haeridem monasterium absque aliquo onere, vel si onus aliquod relinquit, est intra idem monasterium: ut si tot missas, tot anniversaria perpetua in tali monasterio celebranda, pro onere relinquat... Secundo, quando haeres relinquitur monasterium cum onere extra illud exsequendo, ut si tot legata saecularibus relinquat solvenda, vel si quotannis tot ducata tali vel tali tribuantur». Et de hujus ultimae partis dumtaxat probationibus dicunt: «Haec certe probabilem hanc secundam partem relinquunt».

82. - a) Silvester, v. *Religio III*, qu. 19, § *Secundo*, v. *Quinto*, non aliud habet quam principium quo nititur hac sententia, scilicet: «Ubi cumque fuerit monachus, modo sit sub obedientia abbatis, semper fingitur esse in claustro».

b) Cap. *Ex rescripto*, quod allegant Sal-

concilium, quam praedictae declarationes vigere intelligantur in eos qui extra monasterium morantur sine licentia, aut in loco adeo remoto ab eorum superiore, ut puniri non possint, nisi post longissimum tempus. Salmant. 1.

83. - *Secundus* casus est, cum religiosus, etiam degens in monasterio, extra illud delinqueret cum publico populi scandalo, et superior eum non puniret. Tridentinum². — Et quia superiores quidam transmittant hujusmodi delinquentes extra dioecesim, ut immunes essent a poena; statuit Clemens VIII anno 1596 in bulla *Suscepti muneris*, ut in tali casu, instante episcopo, superior infra tempus ab episcopo praescriptum, revocare debeat delinquentem et punire; alias possit eum castigare episcopus loci, quo ipse transmissus est. — Salmant. 2.

Adnotant deinde Salmant. cum aliis 1^o. Ut hujusmodi concilii decretum vigere debeat, cum delictum est *notorium*, etiam facti publicitate. — 2^o. Non valeat adversus superiores delinquentes; qui in odiosis non includuntur sub nomine regularium, quemadmodum ait concilium. — 3^o. Ut episcopus procedere non possit, nisi postquam pluries monuerit superiorem, ut delinquentem puniret, et ille neglexerit. Si tamen episcopus delinquentem in actuali delicto interciperet, potest illum capere sicut dictum fuit a), sed ut statim eum transmittat ad superiorem; et quando crimen fuisset gravis scandali, potest etiam eundem retinere in carcere, ut transmittat infra 25 saltem horarum spatium. Superior deinde praebere episcopo debet sufficientia argumenta sequitae punitionis. Episcopus, licet capere possit summariam informationem, ut eam ad superiorem transferat, non potest tamen juridicum efformare processum adversus reum; sed si forte efformasset, probabile est eo superiorem uti posse

ad procedendum in suum religiosum: ut ajunt Salmant. 4 cum aliis.

84. - II^o. Regulares privilegium habent exemptionis a contributione decimarum.

Arrepta occasione, opportune hoc in loco adnotantur quaedam circa decimas. — *Decimae* dicuntur illa fructuum portio, aut industriarum personalium, quae a fidelibus tribuenda est Ecclesiae ministris, pro eorum sustentatione. Revera decimae debentur ex jure divino naturali; sed quoad quantitatem id est, decimam partem, sunt ex jure ecclesiastico, cum cessaverit jus antiquum divinum, ut judiciale.

Hinc fit 1^o. *Pontificem* posse quemlibet eximere ex onere decimarum. Pontificem, inquam, non episcopos: ipsi dumtaxat possunt ex Tridentino⁵, applicare decimas unius loci ad alium, et unire ac separare beneficia. Vide Salmant. 6. — Infertur 2^o. quod *consuetudo* rite potest aliquos eximere a solvendis decimis: dummodo remaneat id, quod sufficit ad congruam ecclesiasticorum sustentationem. Sed hujusmodi consuetudo praescriptionem quadraginta annorum non interruptorum habere debet; licet ab initio nec titulus nec bona fides interfuerit. Ad praescriptionem deinde (accipiendo vocem prout sonat praescriptio, non ut consuetudo) necessaria sunt bona fides, et quadraginta anni cum titulo; sine autem titulo requiritur tempus immemorabile. — Pro *futuris* decimis, fieri potest compositio; sed etiam solummodo a Pontifice a), non ab episcopo, nisi fieret inter unam et aliam ecclesiam. Dictum est *pro futuris*; quia praeteritas remittere potest etiam ille cui debentur. Salmant. 7.

85. - Olim decimae debebantur, ut dictum est, tam ex fructibus bonorum, quam ex personarum industria. — Sed juxta praesentem consuetudinem pene universalem, solvuntur solum *ex fructibus bonorum* tam stabilium, quam mobi-

¹ Loc. cit., a n. 43 ad 48. — ² Sess. 25, de Regular., cap. 14. — Bulla *Suscepti muneris*, de die 7 kal. Mart. 1596, § 3. — ³ Loc. cit., num. 46 et seqq. - *Salmant.*, loc. cit.

num. 49 et seqq. — ⁴ Tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 50. — ⁵ Sess. 21, de Reform., cap. 5 et seqq. — ⁶ Loc. cit., n. 52 et seqq. — ⁷ Tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 55.

manticenses, nihil habet quod ad praesentem materiam faciat.

83. - a) Si nempe sit periculum fugae; sicut dictum fuit de clerico, qui in hoc casu

potest capi a iudice saeculari, ut eum remittat ad iudicem ecclesiasticum.

84. - a) Si per multum tempus facienda est, uti subdunt Salmant.

Quid sint decimae.

Quis eximere possit a solvendis decimis.

Debentur ex fructibus.

Legata pia relictæ regularibus non subduntur episcopis.

lium¹. Et debentur ex fructibus *integrīs*, non deductis expensis, et oneribus contributionum; ut ait S. Thomas² et alii communiter³. Salmant.⁴

86. - Decimae praeterea solvi debent *ab omnibus fidelibus*, etiam a principibus; sed non a pauperibus: isti tamen, nisi sint in extrema necessitate, sed solum in gravi, si pervenirent ad meliorem fortunam, tenentur solvere praeterritas decimas, ut dicunt Suarez, Laymann, Castropalaus^{a)}, et alii cum Salmant.⁵. — De jure autem communi, tam clerici, quam religiosi, et etiam parochi, tenentur solvere decimas suorum bonorum patrimonialium, licet assignata fuissent ad titulum ordinationis; non autem bonorum beneficialium; ut docet D. Thomas⁶. — Quoad eos vero qui deficiunt a solvendis decimis, haec statuit Tridentinum⁷: *Qui vero eas [decimas] aut subtrahunt aut impediunt, excommunicantur; nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta absolvantur*. Vide Salmant.⁸

87. - Sed, quicquid sit de jure antiquo, hodie ex multis privilegiis pontificiis, *omnes regulares*, etiam moniales, cujuscumque ordinis (et etiam equites Hierosolymitani) *eximuntur a decimis*, non solum personalibus, sed etiam stabiliis, tam priorum (etsi colantur a colonis), quam conductorum, ut emphyteuticorum. Vide Salmant.⁹. Notandum tamen, quod si transeant in dominium regularium *bona jam decimis obnoxia*, remanent ipsa ad idem onus subjecta; ex pluribus decretis

¹ Cap. *Non est 22*, de decimis. — ² 2^a, qu. 87, art. 2, ad 4. — ³ Ex cap. *Cum non sit 33*, de decimis. — ⁴ Loc. cit., n. 58. — *Suar.*, de Relig., tr. 2, lib. 1, cap. 16, n. 18. i. f. — *Laym.*, lib. 4, tr. 6, cap. 3, n. 6. — ⁵ Loc. cit., n. 59. — ⁶ 2^a, qu. 87, art. 4, corp. et ad 1, ex can. *Si quis laicus*, caus. 16, qu. 1. — ⁷ Sess. 25, de Reform., cap. 12. — ⁸ Loc. cit., n. 60 et seqq. — ⁹ Loc. cit., a. n. 72 ad n. 79. ¹⁰ Tom. 1, consult. 355; tom. 8, consult. 8, n. 8. Cfr. etiam Pallottini, v. *Decimae*, n. 249 et seqq.; et Decis. Rotae Franc. Peña, decis. 1048. — ¹¹ Cap. un. de excess. praetator., in 6^o; cap. un. de religio. domib., in 6^o. — *Ur-*

86. - ^{a)} Castropalaus, tr. 10, punct. 11, n. 2, consentit profecto huic opinioni: ea tamen decimarum parte deducta, quam parochus illi egenti ad ei subveniendum erogare debuisset.

88. - ^{a)} Et haec affirmativa sententia confirmationem accepit ex constit. Leonis XIII, quae incipit *Romanos Pontifices*, de die 8 id.

S. Congregationis et Rotae, apud Pignatellum¹⁰.

88. - III^o. Olim regularibus vetitum erat, ne nova aedificarent monasteria, aut derelinquerent aedificata, sine expressa licentia Summi Pontificis¹¹. Tractu deinde temporis, obtinuerunt diversa privilegia; sed haec omnia anno 1624 limitata fuere ab Urbano VIII in bulla *Romanus Pontifex*, ubi statutum fuit, non posse acceptari nova monasteria, nisi observata forma canonum Tridentini et bullae Clementis VIII *Quoniam ad institutam*. — Quare hodie *ad fundandum novum monasterium*, tria requiruntur:

1^o. *Licentia Episcopi*. — Utrum vero requiratur etiam licentia Pontificis? Alii affirmant^{a)}, ut Barbosa, Tamburinius, Pellizzarius, ex declaratione S. Congregationis. Negant vero Salmant. cum Lezana^{b)}, Suarez, Rodriguez et alii.

2^o. Adsit *consensus eorum quorum interest*, et praesertim omnium monasteriorum existentium intra quatuor milliariorum spatium; aliter episcopus concedere non potest dictam licentiam, nisi quando illi injuste contradicerent. Salmant.¹². — *Carmelitae* tamen privilegium habent, ut alii ordines fundari non possint, ubi ipsi habent monasterium infra spatium 560 ulnarum florentinarum; et *Minores*, infra spatium 1200 ulnarum, etc. Contra, *Minimi* et *Jesuitae* privilegium habent fundandi in locis etiam non remotis intra spatium 560 ulnarum praedictarum. Et in omnibus his privilegiis conceditur com-

ban. VIII, Breve *Romanus Pontifex*, de die 28 Augusti 1624. — *Clem. VIII*, Breve *Quoniam ad institutam*, de die 23 Julii 1608. — *Barbosa*, de Jure eccles., lib. 2, cap. 12, n. 11; et de Off. et Potest. episcopi, alleg. 26, n. 4. — *Ascan. Tambur.*, de Jure abbatum, tom. 3, disp. 5, qu. 1, n. 3; et de Jure abbatiss., disp. 33, qu. 1, n. 6. — *Pelliz.*, Manual. regular., tr. 8, cap. 7, n. 92. — *S. Cong.*, cfr. Bizzarri, fol. 83 et 85 in nota (edit. 1863). — *Salmant.*, tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 136. — *Suar.*, de Censur., disp. 23, sect. 5, n. 34. — *Rodrig.*, Quaest. regular., tom. 2, qu. 49, art. 3. — ¹² Loc. cit., a. n. 124 ad n. 136.

Maji 1881, § *Quum res in vado sit*. Cfr. Acta Leonis XIII, tom. 2, fol. 249.

^{b)} Lezana, in *Sum.*, v. *Monasteria*, n. 4, id quidem negat, sed solum de iis regularibus, qui privilegium erigendi monasteria, absque praedicta Romani Pontificis licentia, ante Tridentinum obtinuerant.

municatio. — At praedicta privilegia circa ulnas, juxta consuetudinem non intelliguntur quoad monasteria quae fundantur in civitatibus. Vide Salmant.¹

3^o. Requiritur ut novum monasterium possit commode redivitibus aut eleemosynis sustentare duodecim religiosos; sufficit tamen ut adsit intra breve tempus *probabilis spes* praedictae sufficientis sustentationis. — Quod si monasterium (intelligitur de monasteriis fundatis post citatam bullam Urbani VIII, emanatam anno 1624), non valeret sustentare duodecim religiosos, qui revera in illo non habitarent; statutum fuit per S. Congregationem^{c)} pluribus decretis, confirmatis a Gregorio XV et Urbano VIII, ut hujusmodi monasterium omnino subiectum esset episcopo, per haec verba: *Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodae jurisdictioni, talia monasteria erecta absque eo, quod duodecim Fratres in eis valeant habitare, et de facto habitent, subjecta esse intelligantur*. Salmant.²

Eaedem condiciones requiruntur in fundandis monialium monasteriis. Et advertendum hic quod, ex Tridentino et S. Congregatione, prohibetur, ne fundentur monialium monasteria extra habitatum. — Salmant.³

89. - Praedictae condiciones non requiruntur in fundandis *hospitiis* religiosorum, ut notat Peyrinus, Tamburinius, etc.; saltem, ut limitat Lezana^{a)}, si ibi non recipiant missas, et non habeant ecclesiam.

¹ Tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 138 et seqq. — ² Loc. cit., n. 129 et 130. — *Trident.*, sess. 25, de Regular., cap. 5. — ³ Loc. cit., n. 134. — *Peyrin.*, tom. 2, addit. ad Urbani VIII const. 3, (al. 13) n. 3. — *Ascan. Tambur.*, de Jure Abbatum, tom. 3, disp. 5, qu. 1, n. 10. — ⁴ Loc. cit., n. 132. — *Salmant.*, loc. cit., n. 144 et seq. — *Novar.*, Singular... juris can. conclus. De aedific. sive monast. erectione, concl. 1, n. 10. — *Barbosa*, de Jure eccles., lib. 2, cap. 12, a. n. 69;

^{c)} Id est decreto S. Cong. Concilii, jussu Urbani VIII edito, ad tramitem decreti Gregorii XV, ut videre est in Bullar. Rom. Mainardi, Decret. *Cum saepe*, de die 21 Jun. 1625, § 14. Sensus hujus decreti fideliter hic refertur, licet aliquantulum differant verba, quae ex Salmant. desumpta sunt.

89. - ^{a)} Haec sunt verba Lezanae, v. *Monasteria*, n. 6: « Quod intellige [nempe praedictas condiciones in hospitibus religiosorum fundandis non requiri], quando religiosi in illo hospicio existentes campanas non pulsarent,

Salmant.⁴. — Neque requiruntur in *translationibus* monasteriorum; quae possunt fundari, (ut probant Salmant. cum Novario, Barbosa, Peyrino, Lezana, etc.) sine consensu Pontificis, nec episcopi, nec aliorum monasteriorum, dummodo translatio non afferat iis praepjudicium. Etenim dicunt, quod jam antea habebant tale privilegium a pluribus Pontificibus concessum; et quod illud limitatum est tantum quoad novas fundationes, quales non vocantur translationes monasteriorum ex uno situ ad alium commodiorem ejusdem terrae (ut intelligitur), aut prope illam, derelinquendo antiquum monasterium^{b)}. Et in tali casu religiosi retinent omnia bona et jura monasterii derelicti. Salmant.⁵

Possunt praeterea religiosi, ex concessione Urbani VIII et Innocentii VIII, quando deficerent redditus et eleemosynae unius monasterii, illud *unire* et incorporare alteri. Salmant.⁶. — Insuper possunt ad libitum *redire* ad monasteria derelicta; dummodo redditus non afferret aliquid novum praepjudicium aliis monasteriis. Salmant.⁷. — Possunt insuper Generales religionum superiores, ex concessione Sixti IV^{c)} et ejusdem Urbani VIII, *supprimere* monasteria miserabilia, transferendo eorum bona ad majora monasteria. — Adnotetur hic, quod monasteria concessa ab Universitatibus cum derelinquantur, in manus Ordinarii derelinqui debent; at si propriis redditibus et eleemosynis aedificata fuerint,

et de Off. et Potest. episcopi, alleg. 26, n. 8 et 9. — *Peyrin.*, tom. 2, in Gregor. XV constitut. 6, n. 1; et addit. cap. 7, n. 18. — *Lezana*, v. *Monasteria*, n. 33. — ⁵ Loc. cit., n. 142. — *Urban. VIII*, Breve *Cum sicut*, de die 23 Junii 1633, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Innoc. VIII*, Bulla *Sacrae religionis*, 4 id. Mart. 1488, n. 5, in Bullar. Regular. Rodriguez. — ⁶ Loc. cit., n. 150. — ⁷ Tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 148 et 149. — *Urban. VIII*, cit. Breve *Cum sicut*.

eleemosynas non quaerirent, missas non reciperent, aut ecclesiam in qua publice celebraretur non haberent».

^{b)} Attamen bulla Leonis XIII *Romanos Pontifices*, § *Fieri solet utique*, negat regularibus licere privata ipsorum auctoritate « dimovere de loco instituta alioque transferre ».

^{c)} Sixtus IV, suo brevi *Fecisti nobis*, de die 22 Martii 1482, quod habetur apud Rodriguez, Bullar. Regularium, concedit vicario generali Fratrum Minorum regularis observan-

Neque in transferendis monasteriis.

Quando possint derelinqui aut uniri monasteria.

Non requiruntur in fundandis hospitibus.

Debentur ab omnibus fidelibus.

Regulares eximuntur.

Exceptio.

remanent in dominio religiosorum, ut de iis possint libere disponere. Salmant. ¹.

90. - IV^o. Regulares habent privilegium eligendi iudicem conservatorem, qui iudicet de omnibus illis causis, in quibus religiosi sunt rei, et etiam in quibus sunt actores; sed quando sunt actores, solum propter injurias et manifestas violentias ipsis irrogatas. - Vide Salmant. ².

91. - V^o. Regulares habent privilegium admittendi eos omnes qui volunt sepeliri in eorum ecclesiis. - Adnotamus hic praecipua quaedam circa sepulturam, de qua fusius tractant Salmant. ³.

Quicumque ad pubertatem pervenerit, sibi eligere valet sepulturam ubicumque, etiam episcopi: nisi autem illam sibi eligant, sepeliri in cathedrali debent. Salmant. ⁴. - Religiosi tamen debent sepeliri in monasterio, etsi morarentur extra illud, dummodo locus non esset nimis remotus. Novitii valent sibi eligere sepulturam extra monasterium: quod si non faciunt, sepeliri debent in illo, licet obirent dum alia in domo manerent ex licentia sui superioris. Salmant. ⁵. - Idem intelligitur quoad commensales et familiares, qui actu serviunt et resident in monasterio sub obedientia superioris. Et hi valent recipere omnia Sacramenta a religiosis, Baptismo excepto et Matrimonio. Salmant. ⁶. - Gravissimas incurrunt poenas clerici et religiosi, inducentes alios ad promittendum juramento, voto aut fide data, se electuros sepulturam in propria ecclesia. Salmant. ⁷.

Privandi sunt sepultura, qui moriuntur impenitentes, et publice constat non fuisse confessos in anno, nec communcasse paschali tempore; et ita etiam haeretici, excommunicati, qui sibi ex ira mortem intulerunt: si deinde poenitentiae in-

dicia non praebuerint, uti habetur in Rituali Romano: *Peccatores publici cuiuscumque peccati, et qui moriuntur in flagrante crimine, nullo dato signo poenitentiae*. Etenim tunc praesumuntur et in peccato obiisse, ut dicunt communiter DD. cum Rituali, quicquid dicant Lezana et Sancius. Salmant. ^{a)}. - Qui huiusmodi defunctos sepelit, lethaliter peccat: et qui sepelit haeticum, aut haeticorum fautorem, aut publice excommunicatum, aut usurarium, etiam excommunicatione incurrunt; et huiusmodi defuncti, si fieri possit, ex sepultura extrahendi sunt. - Caeterum nemo sepultura privandus in quocumque casu, sine sententia episcopi; aut superioris, si cadaver est religiosi. Salmant. ⁹.

92. - Sed ad rem nostram, ad regulares videlicet, redeamus. - Plura sunt notanda:

1^o. Quilibet clericus aut saecularis sibi eligere potest sepulturam in ecclesia regularium. Et quando aliquis haberet sepulturam suorum majorum in illa, et non elegisset aliam ecclesiam, possunt regulares illic eum sepelire. - Salmant. ¹⁰.

2^o. Parochi, qui in associatione ad ecclesiam regularium plus exigunt, quam exigerent in sepeliendo defunctos in parochia, ut retraherent fideles ab eligenda alibi sibi sepultura, papalem excommunicationem incurrunt: ex bulla Clementis VIII, apud Salmant. Et licet bulla edita fuit pro Indiarum parochis: tamen Lezana ^{a)}, Peyrinus, et Salmant. ¹¹ cum aliis intelligunt, eam editam fuisse universaliter pro omnibus.

3^o. Cum sepeliendus est defunctus in regularium ecclesia, debent ipsi vocare et attendere parochum. Sed si ille renuit venire aut nimis moratur, possunt ipsi

n. 3 et 4. - ⁹ Tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 194, 202 et seqq. - ¹⁰ Loc. cit., n. 205. - *Clem. VIII*, Breve *Expositum*, de die 23 Januar. 1604, § 3, in Bullar. Rom. Mainardi. - *Salmant.*, loc. cit., n. 206. - *Peyrin.*, tom. 1, addit. ad const. Leonis X, cap. 4, n. 8. - ¹¹ Loc. cit., n. 206.

92. - ^{a)} Lezana, v. *Sepultura*, n. 5, non dicit breve Clementis VIII, universaliter pro omnibus editum esse, sed ait (quod forte eodem recidit) posse illud privilegium communicari omnibus religionibus, quae communicationem habent cum Minoribus.

tiae Ultramontano, facultatem in manibus Ordinariorum dimittendi ac deserendi loca minus commoda vel alias onerosa.

91. - ^{a)} Id est apud Salmant, n. 199. Ipsi enim Salmanticenses, n. 199 et seqq., eandem sententiam tenent ac S. Alphonsus.

extollere cadaver, et illud in suam ecclesiam asportare. Ita communiter Barbosa, Lezana, Peyrinus et alii cum Salmant. ¹, ex pluribus decretis S. Congregationis. - Officium supra cadaver tum celebrandum est, non a parochio aut canonicis, sed ab iisdem regularibus. Nec parochus exercere potest ullum actum in eorum ecclesia; nec cogere haeredes ad celebrandas missas, aut earum partem in parochia: ex pluribus decretis etiam S. Congregationis.

Et idem observandum est etiam pro monasteriis monialium exemptarum. Salmant. ². - Adnotandum tamen, in monialium ecclesiis sepeliri non posse laicos sine licentia S. Congregationis ^{b)}: dummodo aliquis non haberet in ea jus sepulturae. Vide *Lib. IV*, n. 62.

93. - Quaeritur: *utrum regulares teneantur ad solvendam canonicam portionem Ordinario, aut parochio?*

Alia est portio canonica *episcopalis*; et est illa quae debetur episcopis pro omnibus donationibus *causa mortis*, et pro legatis ecclesiis relictis, aut locis piis eorum dioecesium, ut ^{a)} ex Clem. *Dudum, de sepult.* Haec portio quandoque fuit tertia, quandoque quarta pars: et Innocentius III statuit ³, ut quoad quantitatem attenderetur consuetudo. Salmant. ⁴. - Alia est *parochialis*, quae proprie voca-

Barbosa, de Parochio, cap. 26, n. 70. - *Lezana*, v. *Sepultura*, n. 4. - *Peyrin.*, tom. 1, in constitut. 26 Leonis X, § 10, n. 20. - ¹ Tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 208. - *S. Cong.*, cfr. Pallottini, v. *Cadavera*, § 2, n. 97 et seqq.; Bizzarri, Collectanea, in una *Nepesina*, fol. 272 (edit. 1863). - *S. Congr.*, cfr. Pallottini, loc. cit., n. 384 et seqq.; n. 408 et seqq.; cfr. etiam Collect. authent. S. R. C. decretor., n. 515. - ² Loc. cit., n. 212 et 213. - ³ Cap. *Requisisti* 15, de testamentis. - ⁴ Loc. cit., num. 216. - ⁵ Loc. cit.,

^{b)} Scilicet S. Congregatio prohibet ne quavis persona laica in monialium ecclesiis sepeliatur. Cfr. Pallottini, v. *Cadavera*, § 3, n. 281 et 282. Attamen educandae vel aliae mulieres commorantes in monasterio, si ibi sepulturam elegerint, in ecclesiis monialium tumulari possunt. Cfr. Pallottini, loc. cit., n. 285 et seqq. 93. - ^{a)} Clem. *Dudum*, fin., *de sepulturis*, loquitur de canonica portione, non quidem

tur *Quarta funeralis*; et est illa portio quae parochio debetur ex funeralibus, legatis piis, et omnibus quae perveniunt ad ecclesiam in qua sepeliendum se defunctus statuerat. Et ista etiam fuit diversa; sed quoad eandem, etiam consuetudo attendenda est. Salmant. ⁵.

94. - Sed quoad regulares, eximuntur a solvenda portione *episcopali*, eorum monasteria tam hominum, quam foeminarum: ex Extrav. *Inter cunctas, de privil.*, et ex aliis privilegiis apud Salmant. ⁶. - Quo vero ad *Quartam funeralem*, ex jure communi olim regulares tenebantur ad illam solvendam. Sed hodie, attentis eorum privilegiis, et Tridentino ⁷, et bulla Pii V *Etsi Mendicantium* anni 1567, tenentur ad illam solvendam ea monasteria dumtaxat, quae ultra 40 annos, antequam concilium confirmaretur, solebant solvere ^{a)}. Ita probant Salmant. cum sententia communi, et pluribus decretis S. Congregationis: ex multis privilegiis pontificiis, et praesertim Sixti IV, qui imposuit poenam excommunicationis et privationis beneficiorum, parochis qui vellent exigere praedictam *Quartam*. Vide Salmant. ⁸. - Excipiuntur tamen illa monasteria quae solverent praefatam *Quartam* ex contractu inito aut ex consuetudine immemorabili. Salmant. ⁹.

n. 218. - ⁶ Loc. cit., n. 217. - ⁷ Sess. 25, de Reform., cap. 13. - *S. Pius V*, Bulla *Etsi mendicantium*, 17 kal. Junii 1567, § 2, n. 11. - *Salmant.*, tr. 18, de Privil., cap. 3, n. 218 et seqq. - *S. Cong. Conc.*, cfr. Pallottini, v. *Quarta funeralis*, n. 115 et seqq. - *Sixtus IV*, Bulla *Dum attempta*, de die 4 kal. Decembr. 1476, num. 100 et 102, in Bullar. Regular. Rodrig. Cfr. etiam Bullarium Carmelitarum. - ⁸ Tr. 18, de Privil. cap. 3, a n. 218 ad n. 228. - ⁹ Loc. cit., num. 229 et seqq.

episcopis debita, sed quae « parochialibus sacerdotibus et ecclesiarum rectoribus » debetur.

94. - ^{a)} Sed omnia quaecumque ejusmodi privilegia regularibus concessa revocata fuerunt « in Italia eique adjacentibus insulis » a Benedicto XIII, per bullam *Romanus Pontifex*, de die 28 Aprilis 1725, in Bullar. Rom. Mainardi.

Regulares eximuntur a portione episcopali.

Quando teneantur ad quartam funeralem.

Officium a quo sit celebrandum.

Portio episcopalis.

Quarta funeralis.

Quisnam possit sibi eligere sepulturam.

Parochus nequit exigere majorem taxam.

Parochus debet vocari et expectari.

Regulares eligunt iudicem conservatorem.

Quinam possint sepeliri in ecclesiis regularium.

Quinam priventur sepultura.